INTRODUCTIO IN REM LITERARIAM MORALEM VETERUM SAPIENTIÆ ANTISTITUM.

CAPUT. I. DE SOCRATE, PLATONE ET ACADEMICIS.

§. I.

Philoſophatum fuit omni tempore, ac apud omnes fere gentes, id quod (ut ſtudia ante diluvium adhibita, de quibus M. G. Vockerodti *Hiſtoria Societatum, & rei literariæ ante diluvium* legi poteſt, ſilentio hic prætermittam) teſtantur Hebræorum, Chaldæorum & Ægyptiorum Aſtronomi atque Aſtrologi, Perſarum Magi, Indorum Gymnoſophiſtæ, Brachmanes & Samanæi, Gallorum Bardi, Eubages & Druidæ, aliique cæterorum populorum antiſtites; qui omnes

Philoſophatum fuit omni tempore, ac apud omnes fere gentes.